



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De crucifixo apud sanctum Goarem vulnerato, de quo sanguis exiuit, cap.  
19.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

Saluatoris, de eius sacra imagine aliqua subnectam  
miracula, deinde veniam ad elementa.

## CAPVT XIX.

**T**Empore discordiae inter Ottonem & Philippum, *Miracu-*  
*in oratorium sancti Goari confessoris, quod lacryca-*  
*situm est in territorio Treuerensi, & est firmissi-*  
*mum, tum propter situm loci, tum propter structu-*  
*ram, prouinciales se suaque transtulerunt. Quo cog-*  
*nito Wernerus de Boulant, vir potens & diues, cum*  
*ad expugnandum illud arietes machinasque appli-*  
*cisset, nec tamen profecisset, imaginem crucifixi lig-*  
*neam, hi qui de intus erant, contra hostes in quandam*  
*fenestram posuerant, sperantes quod ob illius vene-*  
*rationem loco parcerent. Quidam vero ex balista-*  
*rijs, de cruce non curans: imo locanti illam indignans,*  
*telum misit, & sacram iconam in brachio profundè*  
*satis vulnerauit. Mox mirum in modum antiqua re-*  
*nouantur miracula, & ad instar venæ humanæ, san-*  
*guis de loco vulneris cœpit stillare. Timore tanti mi-*  
*raculi postea predictus Wernerus cruce signatus est.*  
*Audiens tanta mirabilia dominus Philippus Abbas*  
*Ottirburgensis, locum adiit, de rei veritate inquisiuit.*  
*Cui cum ab omnibus hoc, quod predictum est, dice-*  
*retur, Iudeus, qui tunc casu adfuit, Abbatem in par-*  
*tem traxit, dicens; Verè Domine, verrissimum est quod*  
*audistis. Et, sicut ipse mihi retulit, multo aplius dele-*  
*ctabatur in testimonio inimici. Adhuc telum ibi re-*  
*seruatur, adhuc vulnus & sanguinis stigmata illic o-*  
*stenduntur, utique Abbas noster se vidisse testatur.*

## CAPVT XX.

**C**irca idem tempus, Otto contra Philippum a-  
scendens cum exercitu usque ad Wurzim-  
burch peruenit, ubi satellitibus eius ecclesia-  
rum quandam intrantibus, unas ex illis crucifixum, in  
eminenti loco positum, tunica linea, & cum multo  
studio consulta rectum, vedit & concupiuit. Quam  
cum manu non potuisse attingere, lancea nisus est  
extrahere. Et quia firmiter imagini connexa fuit, in  
diuersis locis illa pupugit. Dominus vero, ut sibi factum

Q q 3

osten-